



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Therothermae, siue Aqvae
Ferinae**

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1499

XCII. Daudi Hagio Secret. Pal. & Sarae Ienischiae Augustanae
Epithalamium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12416

Fide optima in Deum, & fide optima in ciues
Natus: probatus exteris, suis carus:
HENRICVS ille RVDIGERVS hic dormit:
Præptus heu fato nimis repentino:
Lucemque præstolatur inde supremam.
Ibo spes: & bene VIVE, sed MEMOR LETHI.

XCII.

Dauidi Hagio Secret. Pal.

& Saræ Ienilchæ Augustanæ
Epithalamium.

Festa paras, DAVID, dum conjugalia SARÆ:

Mille fuit quæ spes inuidiosa procis:

Pro votis jubeo te Sponse jugalibus, & te

Sponsa simul, memorem nominis esse tui.

Curia? fortè rogas, vt ameris, amabilis esto:

Sic sponsæ Dauid, sic Agapetus eris.

At tu, quò vincas, te vince, & vincere rursus:

Sara tui victrix sic potes esse viri.

Omnia vincit amor: sic vosmet amore vicissim

Vincite: fit nomen tunc viriusque ratum.

XCIII.

Ioanni Mylio Iurisc.

Si nec de te alius, nec tu de sorte queraris,

Aut alijs: hæc est optima vita, MYLI.

Scilicet hic viuit feliciter: absque querela

Qui viuit, metuens semper, amansque Dei.

Ad